

## An Extract

Of a Letter, written by the Honourable Consul of Danzick, the Heer Michael Bebm, to the Excellent Johannes Hevelius, Consul of the same City (by whom it was communicated to the Publisher) touching some Chymical, Medicinal and Anatomical particulars, here deliver'd in the same Language it was written in.

Nobilissime Dn. Heveli, Amice & Collega plurimum honorande,

**P**Erlegi hisce diebus diu desideratam Versionem Latinam Illuftr. Domini Boylii tum de Coloribus, tum de Fluiditate & Firmitate. Plurima obser-vavi subtilis ingenii & peritarum in Chymia manuum Oracula. Utinam Vir Il-lustris de Natura Salium Experimenta sua ampliora edere dignaretur, quomodo Alcalia seu Lixivialia, utpote fixa, ab aliis Acidis Austerisque, non minus fere fixis, discrepant, & utraque a Volatilibus aliisq; speciebus Salium nondum satis explicatis, atque crasi nomineque distinctis. Nam inter Volatilia differre vide-mus Sal Urinosum a Sale, quod inest Spiritui Vini aliisque inflammabilibus; quia commixta coagulantur, & novam indolem acquirunt: Taceo Mixturas liquoris ex Nitro fixo cum ejusdem Spiritu acido, de quibus bene egerunt Dn. Boyle aliique.

Magnam spem habeo inveniendi liquorem, qui vesica injectus blande com-minuat Calculos, aliasque mixturas, qua in Ventriculo noxias atque varias visciditates (quas Tartaro plurimi adscribunt immerito) praecaveant vel at-tinent. Utinam Dn. Glisson, Dn. Wharton, aliisque, ex Anatomicis Chy-micisque experimentis explicare vellent, Lymphe, Sanguinis ejusque seri de-

\* Aliquid bac in re non ita dudum tentatum præsti-tumq; fuit, (præente Clarissimo Dn. Dele Boe Sylvio) à Doctissimo Matthia Pailenio, Hamburgeni, in Disputa-tionis atque corruptionis modos & causas. \* Nuper Medica Inaugurali de Humorum vitii corrumque Refitu-Serum ex Sanguine Bruto-tationes, habitâ & impressâ Lugduni Batav. generations, & congluti-nationis atque corruptionis modos & causas. Serum ex Sanguine Bruto-

levinculo coagulari vidi adinstar fere Albuminis ovi; potissimum addito Acido indurabatur: sed ab admixto spiritu vini serum tenebatur diu liqui-dum, magis tamen ab Alcalibus. Propediem accuriora tentabo. Faciebam id, fateor, dum a Podagra vexabar, qua me a curis Politicis ad hac & varia Medicinalia adegit. Notavi sane, Podagram & Arthritidem oriri, ubi Uri-na sa putriliago non separatur per Renes aut sudores a massa sanguinea, sed cu-re ea distribuitur, & circa juncturas in frigidioribus ligamentis hæret, ubi propter salis acredinem dolores acriores (difflables tamen) vel propter glutino-sitatem Tophos aut rigores juncturarum efficit. Utinara hujus mali causas sublimia Anglorum Ingenia penitus investigare & Orbi communicare vellent, ne Incurabile amplius inter Medicos censeatur. Id ipsum me valde fecit anxi-um, presertim cum diligenter notarem, nil prodesse Purgantia, nil Sanguinis Missiones, parum Sudores & Cauteria, obesse Emplastrum oleosa & refrige-rantia omnia; quinimo, Spiritum Vini & Salis Armoniaci non satis elicere aut discontere totam Materiam. Thermas valde salubres esse, narrant cuncti, & ipse

ipse expertus sum, praesertim qua Urinam provocant. Sed quia non ubique suppetunt Thermae, prabuit mihi Curiositas Liquorem, qui odore, sapore, virtute satis exalte emulatur Thermas; ista ratione membra agra, reliquum vero Corpus simplici calida balneando, levamen magnum sentio. Porro expertus sum, ahsu proprio, insignem medelam per pilulas, qua Urinam promovent, sanguinem depurant, fluidioresque reddunt, Calculi materiam atque Scorbuticas in Mesenterio visciditates referant, absque alvi turbatione. Verum per Vesicatoria (diffudentibus licet Medicis) dolenti parti adhibita, optimam, promptam atque tutam hactenus per aliquot annos mibi & Amicis inveni medelam; quamvis eam alius, ad fistulosa ulcera pronis, non suaserim. Ex Magneticis Transplantationibus nullum luculentum scio levamen. Urinam alii suas quoque medelas candidas proferrent, non enim omnia prosunt omnibus.

Insignem atque felicem in Anatome industriad Dn. Highmori & aliorum veneror, quoties horis subcisiis talia legere, aut nonnulla amplius per sectiones Avium, Piscium, & Quadrupedum scrutari possum. Usu quippe partium diversa Animalia magis elucidant, atque Veterum errores ostendunt.

Lienem Dn. Highmorus & alii merito absolvunt ab Acido Melancholico, atque Sanguificatione. Vidi aliquoties Lienem, calentem adhuc, Pulmonum imitari spongiositatem, & non Aere solum, sed & Coloratis liquoribus valde distendi posse; quo facto magis patens ejus vasa atque connexiones, ususq; a Dn. Highmoro expositi. De eo tamen, pace acutissimi Viri, modeste ambiго, an plurima ista Albicantia vasa sint Nervi spiritu animali turgentes, vel potius Fibra tendinum, dilatationi & contractioni servientes, ut in Pulmonibus. Opinor etenim, Sanguinem, qui in Corde non savis cum Chylo miscetur, in Liene tanquam per Spongiam crassiorem colari & misceri pleniū, & aquosa pauca per Pancreas seponi, & tandem in Hepate iterata colatione Bilem secerni. Et quando per Motum aut vehementes Affectus sanguis in Corde nimis ebullit, tunc, ne ille Cor opprimat, aut nimio impetu Caput infestet, magnam partem recipit Lien, ut ejus intumescientia cum pulsu, Cor emulante, & calore intenso, a quovis sentiri queat. A vitiis Mesenterii & Hypochondriaco malo, Lienem & Diaphragma infici credo, sed nunquam vel raro ista mala a vicio Lienis provenire putem.

De Morbis, quos ex effervescentia Acidi succi Pancreatici cum Bile in Duodenio derivat Nobil. Dn. Sylvius, hactenus valde dubito. Nunquam enim

\* Vide, que præmemoratus Dn. Paisenius Succum istum sensi acidum \*; neque Bilem per Acida, sive mediocria sive acria fuerint, effervescente vidi, sed potius coagulari in fundo, uti ab Acidis selet præcipitari Lac Sulphuris, aliaque Oleosa. Ideo per mixturam Bilis cum Acido Ciborum fermento (quod certius apparet, quam succus iste) hylum utiliter temperari, cum Helmontio credo. Tot vero Morbos ex mixtura tali, licet faceret effervescentiam, oriri negat experientia. Sed de cunctis hisce Judicium Regiae Anglorum Societatis, quam cœlum Lumen Seculi humillime veneror, submissæ extero. Gedani, 11 Novem. 1667.